MATUTINALE CUM DIURNALI ATQUE MISSALE CISTERCIENSE

Stams, 3. Viertel 14. Jh. Seite 392r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Affligetisque animas vestras in eo et offeretis holocaustum domino. Omne opus
non facietis in tempore diei huius quia dies propiciacionis est ut propicietur vobis do-
minus deus vester. Omnis anima que non fuit afflicta die hoc peribit de populis suis. Et que
operis quippiam fecerit delebo eam de populo suo. Nichil ergo operis facietis in eo.
Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus et habitationibus vestris. Sab-
batum requietionis est et affligetis animas vestras. A die nono mensis a vespera
usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Dicit dominus omnipotens. Gr. Propicius
esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorum. V. Adiuva nos deus salutaris
noster et propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Da nobis quesumus omnipotens deus
ut ieiunando gratia tua satiemur et abstinendo cunctis efficiamur hosti-
In diebus illis. Locutus. Lectio libri levitici. -bus fortiores.
est dominus ad moysen dicens. A quintadecima die mensis septimi quando
congregaveritis omnes fructus terre vestre celebrabitis ferias domini septem
diebus. Die primo et die octavo erit sabbatum id est requies. Sumetisque
vobis die primo fructus arboris pulcherrime spatulasque palmarum
et ramos ligni densarum frondium et salices de torrente et letabimini coram
domino deo vestro celebrabitisque sollempnitatem eius septem diebus per annum.
Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo
festa celebrabitis et habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis qui
de genere israel est manebit in tabernaculis ut discant posteri vestri quod in taber-
naculis habitare fecerim filios israel cum educerem eos de terra egypti ego
dominus deus vester. Gr. Protector noster aspice deus et respice super servos
tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces servorum tuorum. Oremus. Quesumus
domine familiam tuam ut salutis eterne remedia que te aspirante requirimus
te largiente consequamur. Per dominum nostrum. Lectio michee prophete.
Domine deus noster pasce populum tuum in virga tua gregem hereditatis tue ha-
bitantes terram cum salute iuxta dies antiquos. Videbunt